



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Disp. VII. De forma Sacramenti Eucharistiæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

rens vices illius, scilicet quantitas, toto tempore antecedenti inlans generationis, sub privatione formæ fuerit.

50. Alij tandem asserunt, quod ut aliqua productio sit vera generatio, seueductio, non requiritur quod subiectum præcedat formam educendam, prioritate temporis, sed sufficit prioritas naturæ, in genere causæ materialis; Deus enim eduxit gratiam de potentia obedientiali naturæ angelicæ, & tamen in tali educatione subiectum non præcessit formam prioritate temporis, sed solum prioritate naturæ, in genere causæ materialis, quia Deus gratiam Angelis dedit in primo instanti creationis, juxta illud Augustini: *Erat Deus in Angelis condens naturam, & largiens gratiam.* Cum ergo in productione vermium ex speciebus Eucharisticis, materia in instanti generationis producta, præcedat simili prioritate naturæ in genere causæ materialis formam vermis, illa productio verè potest dicieductio & generatio.

51. Dices, Licet ad educationem non requiratur necessariò quod subiectum præcedat formam prioritate temporis, sed interdum sufficiat prioritas naturæ, ut patet in exemplo adducto de gratia Angelorum; ad veram tamen educationem semper exigitur, quod si subiectum non præcedat formam prioritate temporis, saltem terminet propriam actionem, distinctam ab ea quæ forma producit; alioquin formæ celorum & elementorum possent dicieductæ de potentia materiz, cum ea tales formas prioritate naturæ in genere causæ materialis præcesserit. Sed materia prima non potest terminare propriam actionem: Ergo si illa in productione vermium ex speciebus Eucharisticis, non præcedat formam prioritate temporis, sed in instanti hujus productionis à Deo producatur per conversionem quantitatis in ipsam, illa forma non potest dicieducta de potentia materiz, nec talis productio verè generatio appellari potest. Major patet, Minor probatur. Quod nullam habet propriam existentiam, est incapax terminandi propriam actionem; cum enim omne fieri ordinetur ad esse, quod non habet proprium esse, non potest habere proprium fieri: Sed materia prima, in sententia Divi Thomæ, & Discipulorum ejus, caret existentia sibi propria, nec existit nisi per existentiam formæ: Ergo est incapax terminandi propriam actionem.

52. Hinc difficili instantiæ respondeo, concessa Majori, negando Minorem; ad eas verò probationem respondent aliqui recentiores Thomistæ, quod licet id quod non habet propriam existentiam, non possit terminare propriam actionem productivam, bene tamen actionem convertivam; quia actio convertiva (inquiunt) non terminatur necessariò ad existentiam rei quæ convertitur, sed ad solam ejus entitatem terminari potest.

53. Sed hæc solutio displicet, quia omnis conversio substantialis est vera productio substantiæ quæ loco alterius in eam transmutatur, ut ostendimus supra disp. 4. art. 2. §. 1. conclusionem ultimam: unde ibidem diximus, actionem convertivam quæ corpus Christi ponitur sub speciebus Eucharisticis, esse verè productivam corporis Christi, non simpliciter & absolute, sed tali modo, scilicet ex alia substantia, quæ in ipsum convertitur, & in cujus locum succedit. Hac ergo rejecta solutione.

A Respondeo dupliciter rem aliquam potest terminare propriam actionem: primò per ipsam talis res connaturaliter potest habere propriam fieri: secundò per accidens, & ob indigentiam alterius, ex eo quod juxta occurrentes alias circumstantias, non potest aliter subiret immus materiam primam in nostro casu terminare propriam actionem; quia enim compellimur novo genitum ex speciebus sacramentalibus se non potest sine materia prima, ut contra rationem supra ostendimus, & aliunde non potest agens naturale sua actione illam producere ex vi prioris miraculi quæ substantia panis destructa, obligatur Deus ad producendam materiam primam; quæ productio est tantum per accidens, ob indigentiam prædicti casus, & indispensabilem petit conjungi actioni agens naturalis, simul & semel educens formam substantialem, quæ actione tota composita communicatur unica existentia.

B Ad argumentum ergo respondeo, quod quævis id quod terminat propriam actionem per se & connaturaliter, gaudere debeat propria existentia, non tamen quod terminat solum ob indigentiam explicatam. Cujus ratio est, quod quæ ponitur tantum ad subveniendum prædictæ indigentiz, non debet terminari necessariò nisi ad illud per quod ipsi subvenitur: videtur autem ipsi sufficienter, per actionem terminatam ad solam entitatem materiz, quia hæc actio ponitur tantum ad producendum in composito genito materiam, ad hoc præ ut agens naturale possit educere formam dependentiam illius, ac proinde dependenter ab ipsa salutar: unde cum causa materialis non cadit in quantum est actus existens, sed tantum in propria entitate, ut suppono ex Tholomeo, consequenter subvenit sufficienter indigentiz propter quam ponitur hæc actio, per hoc quod dicitur terminari ad solam entitatem materiz. Unde quando dicitur: omne fieri naturæ ad esse, distinguendum est: omne fieri se, concedo. Fieri per accidens, modo exponeo. Sufficit enim quod conjungatur indispensabilem alteri actui per quem communicatur esse in eodem instanti.

D Legendus est ultimus articulus, in quo ostendit Sanctus Doctor, quod si species consecratis extraneis, quæ in tanta quantitate collocantur, ut ad totas species pertingat, & una species mutetur in aliam, desinet ibi esse liquor Christi. Si verò tam parva fiat aliquid liquoris conjunctio, ut non possit per totas species diffundi, sed solum per aliquam partem illam, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini contenti, remanebit tamen sub alijs.

DISPUTATIO VII.

De forma Sacramenti Eucharistiæ.

Ad questionem 78. D. Thomæ.

Cum forma hujus sacramenti consistat in verbis quibus materia consecratur, hæc duplicem habet materiam, nempe panem & vinum, ita & duplicem formam, scilicet formam consecrationis panis, & formam consecrationis vini, de quibus hic agendum est.

ARTICULUS I.

An forma consecrationis panis solum consistat in his quatuor verbis (Hoc est corpus meum) subindeque nulla alia requiratur ad valide consecrandum corpus Christi?

Nonnulli Graeci volunt essentialem formam consecrandi panem consistere in hac tota propositione, *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*. Imò alij existimant, ad transmutationem panis in corpus Christi, præter hæc verba necessarium ad adiungendas preces quasdam à SS. Patribus traditas, quæ per invocationem Spiritus Sancti vim habent transmutandi panem & vinum in corpus & sanguinem Christi. Ita docent (teste Sixto Senensi) Marcus Episcopus Ephesus libro de verbis consecrationis, & Nicolaus Cabasilas Thessalonica Episcopus, in explicatione Liturgiæ: à cap. 27. usque ad 30. & Hieronimus Patriarcha Constantinopolitanus, in censura Lutheri cap. 10. cuius mentionem fecimus supra disputatione proœmiali art. 14. Eundem errorem Suares hic disputatione 38. sectione 3. tribuit Ambrosio Catharino, opusculo de verbis consecrationis. Sed Vazquez disp. 197. cap. 3. num. 27. dicit se in Catharino hanc sententiam invenire non potuisse. Demum Scotus in 4. dist. 8. quæst. 2. §. De secundo, & Angelus verbo *Eucharistia* primò: asserunt omnia illa verba, *Qui pridie quam pateretur* &c. usque ad finem consecrationis, esse non quidem de essentiali forma, sed planè necessaria, ut forma vim habere possit, subindeque si illa non proferantur, nec panem nec vinum consecrari. Pro explicatione veræ & communis sententiæ.

Dico breviter, in his quatuor verbis, *Hoc est corpus meum*, formam necessariam & essentialem consecrationis panis consistere, subindeque etiam alia antecedentia, vel subsequenda non proferantur, panem in corpus Christi transmutari.

Probatur primò conclusio ratione generali. Illa sola verba sunt de essentiali forma quæ consecratur panis, quæ significant præsentiam corporis Christi sub speciebus: Sed hanc significant sola verba in conclusione posita: Ergo in illis tota forma essentialis consecrationis panis consistit. Major patet, Minor probatur. Nam in primis verba illa, *qui pridie*, nullo modo id significant, ut constat; illa verò, *accipite & manducate*, significant tantum usum & distributionem, quæ non est de necessitate sacramenti, sed aliquid ipsi extrinsecum. Denique quamvis non addatur, *Quod pro vobis tradetur*, significatur præsentia corporis Christi sub speciebus panis. Unde solus Lucas inter Evangelistæ, & solus Paulus inter Apostolos, hæc verba referunt: Ergo &c.

Probatur secundo conclusio specialiter contra Scotum: Illa solum verba necessaria sunt ad consecrandum corpus Christi, quæ Christus protulit conficiendo hoc sacramentum, & Sacerdos proferat, ut gerens personam ipsius Christi, ut constat ex Florentino in Decreto unionis. ubi dicitur: *Forma huius sacramenti sunt verba Sacerdotis quibus conficitur sacramentum, Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum*: Sed hæc verba, *qui pridie*, neque à Christo conficiente prolata sunt, neque proferuntur à Sacerdote, tanquam ex Christi persona, sed merè historice, tanquam à Christo dicta: Ergo non sunt necessaria ad consecrandum corpus Christi,

A Respondet Scotus, quod quamvis verba illa, *qui pridie* &c. neque à Christo prolata sunt, neque à Sacerdote ut personam Christi gerente proferantur, sunt tamen necessaria ad consecrandum corpus Christi, per ista verba, *Hoc est corpus meum*: quia Sacerdos dicendo, *Hoc est corpus meum*, loquitur in persona Christi: ut verò Sacerdos significet se tunc in persona Christi loqui, necesse est quod præmittat verba illa, *qui pridie quam pateretur*.

Hoc est præcipuum & ferè unicum Scoti fundamentum, quod facile potest convelli, falsum enim est, quod ut Sacerdos significet se in persona Christi loqui, opus sit ut præmittat illa verba, *qui pridie quam pateretur*: quod probatur à pari: Angelus enim, qui dixit Moyse Exodi 3. *Ego sum Deus Patris tui*, significavit se loqui in persona Dei, & tamen non dixit Moyse, Deum verba illa dixisse. Item quemadmodum dum quis in theatro Regis vestibus indutus, loquitur in persona Regis quam repræsentat, non est opus ut dicat se loqui in persona Regis, quia omnes ex tali circumstantia id facile intelligunt: ita omnes Catholici videntes Sacerdotem in altari, sacris vestibus Christum repræsentantem, facile intelligunt quod loquitur in eius persona, imò absque tali circumstantia id satis significatur, habitâ notitiâ quod proferens sit Sacerdos, sicut Legatus intelligitur loqui nomine Regis, habitâ notitiâ quod sit verè Legatus.

Probatur tertio conclusio specialiter contra Græcos illos, qui asserunt verbis consecrationis addendas esse preces & benedictiones quasdam, ad hoc ut corpus Christi conficiatur: nam ex perpetua Ecclesiæ traditione, immèdiate & post prolata verba consecrationis, Sacerdos panem & vinum consecratum proponit populo adorandum, non solum in Ecclesiâ Latina, sed etiam in Græca, ut referunt Cardines Belsation in libro de verbis consecrationis, & Petrus Arcudius in Concordia Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, libro 4. de Eucharistia cap. 13. Ergo sola verba consecrationis sufficiunt ad consecrandum corpus & sanguinem Christi, nec præter illa, nullæ aliæ preces & benedictiones ad id requiruntur.

Dices, In liturgiis sanctorum Jacobi, Basilij, & Chrysostomi, post verba illa, *Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei* &c. orat Sacerdos, ut panis & vinum fiant corpus & sanguis Christi: Ergo per sola illa verba, panis & vinum in corpus & sanguinem Christi non transmutantur, nili aliæ preces & benedictiones addantur.

Confirmatur: Divus Basilij in sua liturgia, post eadem verba recitata, vocat panem & vinum *avtrora* corporis & sanguinis Christi, id est symbola seu signa corporis & sanguinis Christi: Sed non deberent ita vocari, si tunc in corpus & sanguinem Christi essent transmutata: Ergo &c.

Ad objectionem dicendum est, in liturgiis illis, vel non peti ut fiat simpliciter corpus Christi, sed ut fiat nobis, id est nobis proficiat, & non venenum sit, culpâ nostrâ, quod debet esse antidotum, & cibus salutaris, ut Græci exposuerunt in Florentino, hæc de re interrogati. Vel solum togari Deum, ut licet sermo Christi in voce tranierit, remaneat tamen ejus effectus sub symbolis seu speciebus panis & vini, ut interpretatur Gentianus Hervetus in præfatione operis Cabasilæ à se translata. Similemque ait loquendi modum

modum inveniri apud Marcum cap. 5. de muliere profluvio sanguinis laborante, quæ postea quam à Christo sanata est, ab ipso nihilominus auditur, *Esto sana à plaga tua*, ut significaretur quòd licet simbrie tactus transisset, effectus tamen inde consecutus perseverabat.

10. Aliter iurgias illas interpretatur Cardinalis Bessarion libro supra citato, ubi ait, corpus dominicum duplex esse, verum scilicet & mysticum, & illud quidem ipsius Domini verbis, cuius corpus est perfectè confici; hoc verò quod ipsumus, compleri supperadditis Patrum precationibus, quibus post transmutationem panis ac vini in ipsū Christi corpus, Sacerdotes precantur, ut altantes mysterijs, per dignam sacramentisumptionem, unum cum Christo corpus efficiamur. Quam interpretationem confirmant orationes illæ, quæ statim post consecrationem Eucharistie, Basilii & Chrysostomus subnectunt in hæc verba: *Pe omnes qui de uno pane & calice participamus, coadunemur invicem in unius Spiritus Sancti communionem; faciasque accipere sanctum corpus tuum, ut inveniamus misericordiam & gratiam in cœtu omnium sanctorum.*

11. Ad confirmationem dico, panem & vinum
post consecrationem, a Basilio *arturva* appe-
lari, vel ratione specierum, quæ sunt signum
corporis Christi, non vacuum, sed plenum, &
continens id quod repræsentat; vel etiam ratio-
nem corporis Christi latentis, cuius hoc sacra-
mentum repræsentatio est; ut in disputatione pro-
cediali art. 11. exposuimus.

12. Ex dictis inferes, particulam *enim* non esse de
essentia formæ consecrationis panis. Tum quia
nihil confert ad significandum effectum formæ,
subinde; per ejus oblationem non mutatur
sensus essentialis formæ. Tum etiam quia parti-
cula illa habet quidem connexionem cum ante-
cedentibus, ex eo quod reddit rationem præce-
dentium; sed sic antecedentia non sunt de es-
sentia formæ, ut jam dictum est, ita nec ipsa parti-
cula; quamvis, qui illam omitteret scieret,
sine dubio peccaret mortaliter, sicut & ille qui
omitteret antecedentia: *Qui pridie quam pare-*
retur.

ARTICULUS II.

*Utrum omnia verba quæ in consecratione calicis
à Sacerdote proferuntur, sint de
essentia formæ?*

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententia, & probabilior, ac menti Sancti Thomæ conformior, eligitur.

13. **I**N consecratione calicis hæc in Ecclesia Latina verba à Sacerdote proferuntur: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ubilix calix in eo nimicè usinatur, id est continens pro contento, eo modo quo dicitur, bibe calicem vini, id est vinum contentum in calice; und per verba illa, *calix sanguinis mei*, melius significatur sanguis Christi ut potabilis, quam si diceretur, *hic est sanguis meus*, eùm sanguis secundum se non sit idoneus potui. Verba autem sequentia explicant tres effectus passionis & sanguinis Christi. Primitus est adeptio vite æternæ, quam expecta-

A
mus veluti hereditatem per Christi sanguinem
tanquam testamentum morte quæ fuerat
ad hunc effectum explicandum ponitur in
& *eterni testamenti*; quia testamentum veteris
na tantum temporalia promittebat, novum
durabit, cum tamen antiquum jam habuerit
nem, sicut & bona quæ promittuntur. Secundo
effectus est fides quæ in illa vita habetur. Secundo
significatur per hæc verba, *mysterium fidei*, quod
enim in nullo Christianæ religionis arthema
magis elucet, quam in hoc sacramento. Tertio
est remissio peccatorum, qui significatur
verbis: *qui pro vobis & pro multis effudit*
R
missionem peccatorum.

B *milionem peccatorum.*
Hæc æta et indubitata sunt apud omnes
gravis difficultas est, & celebris controversa
an omnes istæ particule sint deessentia
consecrationis calicis, subindeq; ad consecra
ria, ut de præ aliq; ex ipsis, in iustis talibus
consecratio; vel talis forma in iustis talibus
tuor verbis, *Hic est sanguis meus*, essentia, nec
sistat & per consequens per ea tantum vinum
sanguinem Christi transmutetur.

Prima sententia asserit solum verba illa, *est sanguis meus*, esse de essentia consecrationis calicis, alia verò sequentia, ad majorem rationis explicationem pertinere, & consequenter non merè accidentaria. Ita Suarez, Vasquez, Deigo, & alij Recentiores communiter.

Secunda factetur quidem solum quatuor
ra verba ad essentiam consecrationis calicis
tinere, negat tamen aliamerè accidentibus
illam se habere, se vult ea esse de substantia
tegritate ejus. Ita Cajetanus, Soto, Nunez,
annes à S. Thoma, Marcus à Serra, & plures
ex recentioribus Thomistis, qui diligenter
servandum esse ajunt discrimen quod inter
stantiam & essentiam rei reperitur, minus
sunt substantialia, quæ non sunt essentialia,
ubi gratia partes omnes integrantes, puta ve
mine natus, digitus &c. sunt de substantia
nis, & tamen non sunt de ejus essentia
D gravissimos Theologos, satisque doctos
pars substantialis, non tamen essentialis
mentipœnitentiæ; & in forma abolutionis
hæc verba, *à peccatis suis*, censetur substantia
non verò essentialia.

Tertia existimat omnia prædicta verbo quæ
consecratione calicis à Sacerdote proferuntur
esse de essentia formæ, & non solum de ejus
tegitate & substantia, exceptis tribus illis
articulis, æterni mysterium fidei. Hanc docent Petrus
Corneio, & Philippus à S. Trinitate.

Quarta denum asserit, formam consecra-
nis vini omnia verba supra dicta esse
E completi, subindeq; si aliquid ex illis pro-
mittatur, non fieri consecrationem sanguinis.
Capreolus, Paludanus, S. Antoninus, Syl-
Tabiena, Viguierius, Petrus Soto, Araven-
tholomeus Spina, Magister sacri Palatii, in
sculo de forma consecrationis sanguinis
pluresq; alij tam domestici quam extrane
citaz Martinez a Prado hic dubio 3. & 4.
novissimè subscribere P. Nicolai in schola
question. 3. hujus quæstionis. & P. Labz Trid-
2. disputatione 4. dubio 1. & 5. Quam
tiam esse valde probabilem, & magnæ au-
toritatis, faceret Suarez, præcipue propter au-
toritatem D. Thomæ, qui pro ea manifestè sta-
videtur, unde licet difficilis sit, obagmen-
delum.

desumptum ex Liturgijs Græcorum, in quibus A
plurimè ex prædictis verbis non leguntur; nihilominus hujus S. Doctoris & totillustrium Thomistarum vestigijs inhærens.

Dico 3. probabilius esse, & menti S. Thomæ conformius, omnia verba quæ in consecratione calicis proferuntur, esse de essentia formæ.

Probatur primò conclusio ex D. Thomæ, qui hic art. 3. docet hæc omnia verba esse de substantia formæ calicis: Sed nomine substantia intelligi debet essentia: Ergo juxta D. Thomam, hæc omnia verba sunt de essentia formæ calicis. Major patet, Minor præbatur multipliciter. Primò quia quotiescumq; D. Thomas agit de essentia sacramentorum, pro eodem accipit esse de substantia ac de essentia, ut patet ex quæstione 60. art. 8. ubi generaliter docet quod si diminuat aliquid eorum quæ sunt de substantia forma sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum, ubi manifestè substantia pro essentia usurpatur, cum solum tollatur sensus verborum, quando tollitur aliquid quod est essentiale formæ: Ergo cum doctrinam generalem ibi traditam, nunc applicet et formis Eucharistiæ, ne laboret in æquivoco, substantiam accipit pro essentia.

Secundò, D. Thomas in eodem sensu accipit nomen substantia, cum ait initio hujus articuli 3. Quidam dixerunt quod de substantia forma hujus est hoc solum quod dicitur, Hic est calix sanguinis mei, non autem ea quæ sequuntur, ac postea cum subdit paulò post: Et propter hoc sunt alii qui melius dicunt, quod alia sequentia sunt de substantia forma, usque ad hoc quod postea sequitur, Hæc quotiescumque feceritis, quod pertinet ad usum sacramenti, unde non est de substantia forma; alioquin intra paucas lineas nomen substantia, nimis æquivocè usurparet, quod dicendum non est: Sed in prioribus verbis, nomen substantia pro essentia accipit, cum Authores illi quos refert assererent verba hæc, Hic est calix sanguinis mei, non autem ea quæ sequuntur, esse de essentia formæ: Ergo & in posterioribus, dum contra illos Authores concludit, etiam verba sequentia esse de substantia forme, nomen substantia pro essentia accipit.

Tertiò, Idem est esse aliquid de necessitate formæ, & esse essentiale formæ, ut in confesso est apud omnes: Sed D. Thomas in 1. ad Corinth. 11. lectione 6. refellit eos ex professo, qui non omnia esse de necessitate forma opinantur, illudque non videri convenienter dictum probat: Ergo omnia verba prædicta esse de essentia formæ existimat.

Quartò, Quæ habent vim productivam effectus sacramentalis, ad essentiam sacramentorum pertinere censentur: Sed D. Thomas ibidem asserit, omnia verba prædicta habere vim effectivam ad transmutandum vinum in sanguinem Christi, sic enī ait: Quia forma sacramentorum significando efficiunt, totum pertinet ad vim effectivam formæ: Ergo censet, omnia illa verba esse de essentia formæ calicis, & non solum de ejus substantia & integritate.

Quintò, Idem S. Doctor in 4. sent. dist. 8. qu. 2. art. quæstiunc. 1. relata opinione eorum qui dicunt hæc solum verba, Hic est calix sanguinis mei, esse de forma consecrationis calicis, ut forma utriusq; consecrationis sit consimilis, subdit paulò post: Alii probabilius dicunt quod totum quod sequitur est de forma. Quod verò loquatur de forma essentiali, patet ex solutione ad 3. quod sic procedebat. Proprietates naturaliter consequuntur

Tom. V.

substantiam rei: Sed illud quod consequitur substantiam, non potest esse factivum transubstantiationis: Ergo cum illa verba quæ sequuntur, designent aliquas proprietates sanguinis, in quem fit transubstantiatio, videtur quod non sint de forma. Nam huic argumento sic respondet: Ad tertium dicendum quod quamvis illa quæ sequuntur, sint ut proprietates consequentes Christi sanguinem, in quantum hujusmodi, sunt tamen essentialia sanguini Christi, in quantum est per passionem effusus. . . . & ideo illa quæ sequuntur, sunt essentialia sanguini, prout in hoc sacramento consecratur, & ideo oportet quod sint de substantia formæ. Ubi clarè accipit substantiam pro essentia. Unde sic licet arguere: Quæ sunt essentialia sanguini, prout in hoc sacramento consecratur, sunt etiam de essentia formæ per quam fit talis consecratio: Sed ex D. Thomæ, verba quæ sequuntur, sunt essentialia sanguini, prout in hoc sacramento consecratur: Ergo & formæ per quam fit talis consecratio.

Sextò, S. Thomas ibidem quæstiunc. 2. in responsione ad 8. docet idem esse dicendum de mutatione, aut additione, & subtractione horum verborum quæ in consecratione calicis proferuntur, quod dicitur de forma Baptismi: At hæc regula & doctrina falsa esset, si omnia illa verba non pertinerent ad essentiam formæ, sed solum ad ejus integritatem; posset enim in eis fieri aliqua mutatio, additio, vel subtractio, quæ non potest fieri in forma Baptismi; cum ea quæ non pertinent ad essentiam sacramentorum, tollantur mutari possint, salva eorum essentia: Ergo D. Thomas censet omnia illa verba esse de essentia formæ calicis.

Demum, cum idem S. Doctor, tum hic art. 3. tum in 4. libro sententiarum dist. 8. art. 2. & alibi sæpe, sibi eadem argumenta opponat, quæ nobis obijciunt Adversarij, quis non videat ipsum pro nostra stare sententia? Cui etiam adhærent Concilium Colonienſe, & Catechismus Pij V. ipſeq; Pontifex, qui oppositam sententiam jussit expungi ex Commentarijs Cajetani, qui hac in parte D. Thomam deserebat, & in prædicto Catechismo hæc inseri verba: Opus est ut Sacerdos Eucharistia formam cognitam & perspektam habeat: eam igitur his verbis comprehendit, certò credendum est: Hic est calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Unde in Ecclesia Latina omnia illa verba proferuntur eodem ritu & modo, tenendo calicem in manu, & antequam proponatur sanguis populo adorandus.

§. II.

Eadem veritas ratione suadetur.

Cum sacramenta ex sola Christi institutione A
dependeant, nulla potest assignari ratio à priori nostræ conclusionis, potest tamen hæc probabili congruentiâ & ratione suaderi. Eucharistia non solum est instituta ad significandum corpus & sanguinem Christi, per modum cibi & potus, sed insuper ad simul explicandam efficaciam passionis Christi nobis communicatam cum perpetuitate per modum testamenti novi, & prout est unum ex præcipuis fidei nostræ mysterijs, tribuitq; vitam æteram, & peccata remittit: Ergo conveniens fuit, ut in forma essentiali includat omnia verba illa quæ tales proprietates

M m

prietates

prietates & effectus Eucharistiae significant.

23. Confirmatur & magis illustratur hæc ratio, demonstrando hæc saltem verba, *qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, esse de essentia formæ calicis. Verba illa sunt de essentia formæ calicis, quæ necessaria sunt ad exprimendum adequatè & perfectè naturam Eucharistiae: Sed verba prædicta ad hoc necessaria sunt: Ergo sunt de essentia formæ calicis. Major pater, quia formæ sacramentorum, eorum naturam exprimunt, ut patet in forma Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ &c. Minor verò suadet. Eucharistia non solum constat ex ratione sacramenti, sed etiam sacrificij: Atqui natura sacrificij nequit exprimi, nisi per sanguinis effusionem, nam ut docet Apostolus ad Hebræos 9. sacrificium in sanguinis effusione completur & consummatur; quia per victimam quam in sacrificium Deo offerimus, protestamur illum esse authorem vitæ & mortis; victima verò non est apta ad hoc significandum, nisi per sanguinis effusionem; quando enim animal non immolatur per sanguinis effusionem, non representat dominium quod Deus habet in vitam & mortem omnium: Ergo verba illa, *qui pro vobis & pro multis effundetur &c.* necessaria sunt ad exprimendum adequatè & perfectè naturam Eucharistiae.

24. Confirmatur & magis illustratur hæc ratio, exemplo formæ Baptismi: Nam quia Baptismus non solum est sacramentum institutum ad regenerandos fideles, sed etiam fidei protestatio, de essentia formæ ipsius, non solum sunt verba quæ gratiam regenerativam significant, sed etiam illa quæ personarum Trinitatem, quod potissimum est Christianæ fidei mysterium, exprimunt. Similiter ergo, cum Eucharistia non solum habeat rationem sacramenti, sed etiam sacrificij, non solum ea verba erunt de essentia formæ calicis, quæ præsentiam sanguinis Christi sub speciebus vini significant, quæ pertinet ad rationem sacramenti; sed etiam ea quæ exprimunt sanguinis effusionem, quæ significatur & declaratur natura sacrificij.

25. Dices primò, rationem sacrificij sufficienter exprimi per separationem sacramentalem sanguinis à corpore, quæ major est & expressior, quam per verba.

Sed contra: In reliquis sacramentis non sufficit ut effectus sacramentalis exprimatursolis rebus, sed requiritur ut etiam exprimaturs verbis, id ipsum significantibus quod res representant: Ergo nec sat erit ad sacrificium novæ legis exprimendum, sola expressio rerum, sed requiratur præterea significatio verborum, cum non minus significatio sacrificij, quam sacramenti, in nova lege ordinata sit ad instituendo Christi fideles.

26. Initabis: Hæc verba, *Hic est sanguis meus*, non solum ponunt sanguinem Christi, mysticè separaturn à corpore, sed etiam significant illum, ut mysticè à corpore separaturn: Ergo sufficienter exprimunt naturam sacrificij.

Sed contra: Esto verba exprimentia conversionem vini in sanguinem Christi, significant illum ut mysticè separaturn à corpore, adhuc per hoc non exprimitur sufficienter natura sacrificij; quia etiam actio mysticè separans sanguinem à corpore in altari, est de se indifferens, ut sit separativa per modum cibi & potus tantum, vel etiam per modum sacrificij: Ergo ut sit my-

sticè separativa etiam per modum sacrificij, debet exprimi per ly *effundetur*, cum in forma calicis nulli sit aliud verbum, quod mysticè illam separationem, ad rationem sacrificij determinare possit: hoc enim verbum perfectè exprimit actionem quæ victimam immolat.

Deniq; probari potest conclusio specialiter contra Scotum & alios ex Adversariis, qui dicunt, verba ista, *Novi & æterni testamenti, in remissionem peccatorum*, idèdici de substantia non verò de essentia formæ calicis; quia ministerio consecrantis est, ut vel per illa, vel sine illa, conversionem vini in sanguinem Christi efficiat.

At hoc videtur absurdum: Ergo &c. Minor probatur: Ut verba sacramentorum efficiant quod significant, non peadet ex intentione ministerii, aut Ecclesiæ, sed Christi; unde si Christus instituit, ut per omnia illa verba consecratio perficiatur, etiam si minister intendat per sola illa verba consecrare, non consecrabit. Contra verò si Christus instituit, ut per prima tantum verba perficiatur sacramentum, non erit in potestate usq; ad postrema verba. Nimirum quia materia & forma sacramentorum sunt agentia necessaria, quæ cum primum sunt, agunt quicquid & quantum possunt, neq; pendunt à ministro, nisi quoad applicationem, ut ignis & alia id genus agentia, quæ à nobis tractantur quidem & applicari possunt, non tamen impediri quin effectum fortiantur, si applicentur.

At dicit Sorus, totum hoc factum esse ex divina institutione, ut si velit possit minister primis duntaxat verbis conversionem efficere, non præcepto tamen teneri, ut per omnia verba formæ consecrationem intendat.

Sed hoc voluntarium est, cum nullum habeat in reliquis sacramentis exemplum, in quibus tanta substantialis perfectio & efficacia pendunt voluntate Christi, certa verba formæ determinantis: alioquin dicere similiter quis posset, in arbitrio baptizantis esse, vel per omnia, vel per prima tantum verba, Baptismi effectum exprimentia, perficere sacramentum.

§. III.

Solvuntur objectiones.

Objectiones primò: D. Thomas hic art. 1. ad 4. sic habet: *Si sacerdos sola verba prædicta profert, cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum.* Ubi per verba prædicta, intelligit quæ in titulo articuli ponuntur: Titulus autem ille sic habet: *Errum hæc sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.* Ergo censet D. Thomas, in illis verbis, *Hic est calix sanguinis mei*, vel *Hic est sanguis meus*, consistere essentialiter formam Eucharistiae, quoad consecrationem calicis.

Confirmatur: Idem S. Doctor art. 3. sequens: *ubi ex professio hanc questionem pertrahit, ait quod cum dicitur, Hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conversio vini in sanguinem &c. in forma consecrationis.* Ergo cum sacramenta efficiant quod significant, juxta D. Thomam, conversio vini in sanguinem, per sola prædicta verba efficitur.

Ad objectionem respondeo quod cum S. Doctor Thomas hic art. 1. ad 4. ait quod si sacerdos sola

verba prædicta proferret &c. perficeretur hoc sacramentum, per ly sola, excludit solum præcedentia, nimirum illa: *Qui pridie quam pateretur*, non vero subsequencia, scilicet ista: *Novi & æterni testamenti &c.* Pater hoc manifeste ex argumento quod sibi objicit, in quo dicitur quod si alia verba quæ dicuntur in Missa prætermittentur, acciperentur verba forme quasi dicta in persona Sacerdotis proferentis, in cuius corpus & sanguinem panis & vinum non convertuntur: quod est fundamentum quo Scotus & quidam alij antiqui Theologi ducebantur ad opinandum, quod sacramentum Eucharistie non perficitur, nisi verba illa Canonis, *Qui pridie quam pateretur*, à Sacerdote proferantur, ut articulo præcedenti ostensum est. Unde S. Thomas huic objectioni respondens, sic ait: *Ad quartum dicendum, quod quidam dixerunt, hoc sacramentum perfici non posse, prædictis verbis prolatis, & aliis prætermis, præcipue quæ sunt in Canone Missæ. Sed patet esse falsum, tum ex verbis Ambrosii supra inductis (in argumento sed contra) tum etiam quia Canon Missæ non est idem apud omnes, nec secundum omnia tempora, sed diversus sunt à diversis appositæ. Unde dicendum est, quod si sacerdos sola verba prædicta proferret, cum intentione consuecendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentio faceret, ut hæc verba intelligerentur, quasi ex persona Christi prolata, etiam si verbis præcedentibus hoc non recitaretur.* Ex quibus manifestum relinquitur, D. Thomam, solum excludere verba præcedentia Canonis, *Qui pridie quam pateretur*, tanquam non necessaria ad consuecendum corpus & sanguinem Christi, non vero ista subsequencia, *Novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum.* Unde hallucinatur Marcus à Seta, dum ait S. Thomam eo loco manifeste docere, his solum verbis, *Hic est calix sanguinis mei, vinum in sanguinem Christi transmutari*, præsertim cum idem S. Doctor oppositum manifeste doceat in cap. 11. 1. ad Corinth. 1. & 6. ubi ex professo refellit eos qui non omnia esse de necessitate forme opinantur, & docet omnia verba quæ in consecratione calicis à Sacerdote proferuntur, pertinere ad vim effectivam, ut supra videmus.

Ad confirmationem dicendum, quod cum S. Thomas ait, per hæc verba præcisè, *Hic est calix sanguinis mei*, vel *Hic est sanguis meus*, conversionem vini significari, materialiter tantum & grammaticè subintelligi debet, quia hæc verba præ se ferunt, quamvis omnia quæ sequuntur supponant ad formalem significationem ex instituto Christi pertinere: quia vel ab Evangelistis id dixisse refertur Christus; vel putatur id Apostolis tradidisse. Unde loco citato in 1. ad Cor. sic ait: *Quia forma sacramentorum significando efficiunt, totum pertinet ad vim effectivam.* Ubi aperte docet, omnia verba quæ in consecratione calicis proferuntur, ad significationem, subindeque ad vim effectivam forme, pertinere.

Potest illustrari hæc solutio exemplo forme Baptismi, licet enim hæc sola verba, *Ego te baptizo*, materialiter & grammaticè effectum huius sacramenti significant, ea tamen quæ sequuntur ad formalem significationem ex instituto Christi pertinent: ita ut de essentia forme Baptismi sit quod addatur, *In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti*: quia nimirum Baptismus non solum

Tom. V.

habet rationem sacramenti gratiam regenerativam conferentis, sed etiam est fidei protestatio. Ita patiter, quia Eucharistia est unum ex præcipuis fidei nostræ mysterijs, habetque non solum rationem sacramenti, sed etiam testamenti, & sacrificij, tribuitque jus ad vitam æternam, & peccata remittit, non solum verba ista, *Hic est calix sanguinis mei*, sed etiam quæ sequuntur, ad formalem significationem forme calicis, ex instituto Christi pertinent.

Nec obstat quo S. Thomas ait, nimirum verba illa pertinere ad integritatem locutionis. Ex verbis enim quæ ad integritatem locutionis pertinent, potest essentialiter componi locutio, ut constat ex verbis prioribus, quæ ad essentiam pertinere Adversarij fatentur, & tamen unicam locutionem integrant & componunt.

Objicies secundò testimonia aliquorum SS. Patrum, sanguinem Christi his verbis, *Hic est sanguis meus*, confici asserentium: Ambrosius enim lib. 4. de sacramentis cap. 3. sic ait: *Calicem benedixit, & Apostolus suis tradidit dicens, Accipite & bibite, Hic enim sanguis meus.* Cyprianus (vel apud illum author sermonis de cæna Domini:) Ex quo à Domino dictum est, *Hæc est caro mea, & Hic est sanguis meus*, quotiescunque his verbis & hac fide actum est, panis iste supersubstantialis & calix benedictione solemni sacratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit. Innocentius III. lib. 4. de mysterijs Missæ cap. 6. Cum ad prolationem verborum istorum, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, Sacerdos conficiat, credibile judicatur quod Christus ea dicendo consecraverit.

Respondeo cum Patre Nicolai in notis ad art. 3. huius questionis, quod nec Innocentius, nec Ambrosius, nec Cyprianus (vel apud illum alius Author) sic loquuntur, ut ex professo formam integram ponant, sed Innocentius quidem ad eos refellendos qui Christum contendebant benedicendo tantum consecrasse, nec verba ulla proferendo: ceteri autem duo ad veritatem Eucharistie, per hæc verba, quæ illam expressius indicant, astruendam. Unde hæc & similia SS. Patrum testimonia explicanda sunt, eo modo quo D. Thomas exponit Magistrum in 4. dist. 8. in expositione textus, dicens quod *Magister non intendit hic definire ponere verba quibus fit consecratio, sed explanare quod verbis Domini sit, non tamen omnibus verbis quæ ipse ponit, nec eisdem numero, sed eisdem quæ ad sensum.*

Objicies tertio: Illa solum verba sunt de essentia forme calicis, quæ significant conversionem vini in sanguinem; sicut ea tantum sunt essentialia forme consecrationis corporis, quæ conversionem panis in corpus Christi, exprimunt: Sed hæc verba: *Hic est calix sanguinis mei*, etiam ab alijs præcisè, æquè significant conversionem vini in sanguinem, ac ista, *Hoc est corpus meum*, conversionem panis in corpus Christi: Ergo solum verba ista, *Hic est calix sanguinis mei*, sunt de essentia forme calicis.

Confirmatur: Ad salvandam essentialiam formam consecrationis panis, non est necessarium addere hæc verba, *quod pro vobis tradetur*, ut articulo præcedenti ostensum est: Ergo similiter ad salvandam formam essentialiam consecrationis calicis, non requiritur quod subjungantur hæc verba, *Qui pro vobis & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum.*

Mm a

Ad

38. Ad objectionem respondeo distinguendo A
 Majorem: Quæ significant conversionem vini
 in sanguinem absolute, nego. In sanguinem ut
 effusum pro nobis in remissionem peccatorum, &
 cum aliis circumstantijs & proprietatibus supra
 explicatis, concedo. Solutio patet ex supra di-
 ctis, cum enim Eucharistia non solum habeat
 rationem sacramenti, sed etiam sacrificij, de cu-
 jus ratione est immolatio victimæ, & sanguinis
 effusio, ad essentiam formæ calicis non suffici-
 unt verba quæ significant conversionem vini in
 sanguinem, sed etiam requiruntur alia quæ ejus
 effusionem expriment.

39. Dices, Ergo saltem non sunt necessaria illa
 verba, *pro vobis & pro multis*, in remissionem pecca-
 torum: cum per ly effunderetur, satis natura sacrificij
 exprimitur.

Sed nego consequentiam, nisi enim exprima-
 tur finis in quem sanguinis effusio dirigitur, ratio
 sacrificij non exprimitur, cum possit sanguis
 effundi simpliciter, & non per modum sacrificij,
 si nimirum in nullius cultum & emolumentum
 effundatur. Ut igitur significetur, quod talis ef-
 fusio futura erat per modum sacrificij, explicari
 debet per respectum ad bonum nostrum, sine
 quo indifferens est, ad hoc ut sit per modum sa-
 crificij, vel per modum puræ effusionis.

40. Ad confirmationem, concessio Antecedente,
 nego consequentiam, & paritatem. Ratio autem
 discriminis assignatur à D. Thoma hic art. 3. ad 2.
 ubi sic ait: *Sanguis seorsum consecratus, expressè
 passionem Christi representat, idè potius in conse-
 cratione sanguinis fit mentio de effectu passionis,
 quàm in consecratione corporis, quod est passionis
 subiectum.*

41. Nec obstat quod corpus Christi sit traditum
 pro nostris peccatis, subindeq; memoriale pas-
 sionis ejus, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 11.
*Quotiescumque manducabitis panem hunc, mortem
 Domini annuntiabitis.* Nam ut dicitur idem
 S. Doctor in 4. sent. dist. 8. quæst. 2. art. 2. ad 2.
*Cum sacramentum Eucharistia sit memoriale Domini-
 cæ Passionis, in consecratione corporis Christi non re-
 presentatur nisi passionis substantia, sed in consecra-
 tione sanguinis representatur passionis mysterium;
 non enim à corpore Christi sanguis ejus seorsum fuit nisi
 per passionem; & idè conditiones Domini cæ passionis
 exprimentur per verba sequentia magis in consecra-
 tione sanguinis, quàm in consecratione corporis.*

42. Obijciens quartò: Ex Florentino in decreto u-
 nionis, forma hujus sacramenti sunt verba Sal-
 vatoris, quibus Sacerdos in persona Christi lo-
 quens, conficit hoc sacramentum: Sed verba il-
 la, *Qui pro vobis & pro multis effunderetur*, non pro-
 fert Sacerdos in persona Christi formaliter &
 significativè, sed recitativè, tantum; alioquin
 falsa essent, cum Christi sanguis iterum non sit
 effundendus: Ergo hæc saltem verba non sunt
 de essentia formæ calicis.

43. Respondeo negando Minorem, Sacerdos e-
 nim non solum induit personam Christi in pro-
 ferendis verbis formæ enuntiativè supra præ-
 sentem materiam, sed etiam constituendo se,
 per implicitam & generalem intentionem, præ-
 sentem tempore quo Christus hæc verba pri-
 mum protulit; & ita verè & enuntiativè dicit,
Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effunderetur.

44. Dices: Sacerdos per verba formæ calicis con-
 vertere intendit materiam præsentem in præsen-
 tem sanguinem qui nunc est in Christi corpore
 glorioso: At de hoc asserere non potest, etiam

prout induit personam Christi, quod si asse-
 dendus, ut patet: Ego &c.

Respondeo Sacerdotem per verba formæ
 calicis, intendere convertere præsentem materiam
 in præsentem Christi sanguinem, ut retineatur
 ad tempus ultimæ cænæ, pro quo illi conveni-
 effunderetur, cum sit idem numero sanguinis
 qui tunc fuit, & idem à Sacerdote in persona
 Christi, pro eo tempore representetur, pro quo
 erat effundendus. Quod verò Sacerdos consti-
 tuat se præsentem tempore illi quo Christus
 verba primum protulit, & representet eam
 materiam ut præsentem illi tempore quo Chri-
 stus primum hoc sacramentum confecit, constat
 ex verbis illis: *Et accipiens hunc calicem calicem
 &c.* Quibus Sacerdos calicem quem præsen-
 bus habet, præsentem reddit illi tempore, quo
 primum Christus suum consecravit.

§. IV.

Solvitur argumentum ex Liturgiis Græcarum.

Obijciunt ultimò Adversarij: Græci Missæ
 celebrantes, verè sanguinem Christi cen-
 sciunt, & tamen in consecratione calicis non pro-
 ferunt omnia verba supra dicta, sed aliquan-
 tis omittunt, ut patet ex eorum Liturgiis. Vide
 Durandus & Cajetanus testantur se vidisse
 Græcum, in quo hæc verba non habentur:
Calix, æterni, nec mysterium fidei. Idem autem de
 Liturgiis Maronitarum Cardinalis Deluga-
 ti. sect. 4. num. 6. ubi loquens de Liturgiis Ma-
 ronitarum sic ait: *In aliis verò Liturgiis, sicut
 Joannis Evangelista, Sanctorum Apostolorum, & Isi-
 dori, S. Joannis Patriarchæ, verba sunt: Hoc est
 corpus meum: Hic est sanguis meus: In Liturgia
 S. Marci Evangelista: Corpus meum est: hoc san-
 guis meus est hic. In Liturgia S. Matthæ dicitur:
 Hoc caro mea est: Hoc sanguis meus est. Quæ
 formas ex Missali manuscripto Maronitarum à Mar-
 te Libano Romano misso, dedit mihi peritissimus
 doctor Scialach Abbas S. Gregorii, natione Mo-
 rita. & in Urbe Roma multis annis linguarum peritissimus
 interpres. Hæc ibi prædictus Cardinalis: Ergo
 omnia verba quæ in consecratione calicis pro-
 feruntur à Sacerdotibus Latinæ Ecclesiæ, non
 sunt de essentia formæ.*

Hoc argumentum putant Adversarij esse con-
 vincens & demonstrativum; unde Cajetanus ait
 quod sibi nulla apparet dubitandi ratio prohibens, &
 Suarez, se nihil invenire quod probabiliter repugnet
 possit.

Respondeo tamen primò, hoc argumentum
 habere difficultatem, etiam in sententia Adver-
 sariorum; cum enim plures ex illis existimant,
 omnia verba prædicta ad integritatem formæ
 calicis pertinere, tenentur rationem reddere,
 cur Apostoli, & SS. Patres, qui prædictas Litur-
 gias ediderunt, formam substantialiter in-
 gramtem non afferant, sed inane ac inutilem,
 plura verba ad ejus integritatem & substantiam
 requisita prætermittentes.

Respondeo secundò, non majorem esse
 argumenti difficultatem eà quæ de forma sacra-
 menti Confirmationis, & de materia & forma
 sacramenti Ordinis proponi solet. Nam Græci
 in collatione sacramenti Confirmationis hæc
 formam utuntur, *signaculum donationis Spiritus
 Sancti*, quæ est omnino diversa ab eà quæ Ecclesiæ
 Romanæ

Romana utitur. Item in Ecclesia Græca Sacer-
dotes non ordinantur, sicut in Ecclesia Latina,
per calicis & patenæ porrectionem, neque per
huius formæ prolationem, *Accipe potestatem, &c.*
sed per solam manuum impositionem, adjunctis
verbis istis: *Divina gratia qua semper infirma curat,*
& qua defuncti supplet, promoveat N. Venerabilem Dia-
conum in Presbyterum &c. Quod Romæ vidisse
se testatur Cardinalis Delugo, & dicit fieri
sciente & consentiente Summo Pontifice; & ta-
men Concilium Florentinum sessione ultimâ in
decreto Eugenii definit; presbyteratum tradi
per calicis cum vino, & patenæ cum pane por-
rectionem, & per hæc verba, quæ tenent locum
formæ, *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ec-*
clesia pro vivis & defunctis. Sicut ergo Adversarii
ut ab hac difficultate se expediant, & salvent
quomodo in Ecclesia Græca ritè sacramenta
Confirmationis & Ordinis conferantur, non
obstante quod Græci utantur materiâ vel formâ
specie diversâ ab ea quam Ecclesia Latina adhi-
bet, respondent Christum formam sacramenti
Confirmationis, & materiam ac formam sacra-
menti Ordinis non determinasse in individuo,
nec in specie, sed solum in genere, & eam deter-
minandam quantum ad speciem, suæ Ecclesie
reliquisse; idèdque illam, iuxta diversam Ecce-
siam Latinæ & Græcæ traditionem, variè desig-
nari. Ita similiter dico, Christum formam spe-
cificam calicis non determinasse, sed ejus deter-
minationem Ecclesie suæ reliquisse; ex quo fa-
ctum est, quod iuxta diversas traditiones, variè
editæ sint liturgie, in quibus talis forma diver-
simodè traditur, & verba quæ in una habentur,
mutantur, vel omittuntur in altera. Nam in Li-
turgia S. Jacobi sic habetur: *Hic est sanguis meus*
novi Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur &
datur in remissionem peccatorum. In Liturgia San-
cti Marci: *Hic enim sanguis meus novi Testamenti,*
qui pro vobis & multis effunditur, & distribuitur in
remissionem peccatorum. In Liturgia S. Basilii: *Hic*
est sanguis meus novi Testamenti, qui pro vobis & pro
multis effunditur in remissionem peccatorum. In Li-
turgia S. Chrysostomi: *Hic est enim sanguis meus*
novi Testamenti, qui pro vobis & plurimis effunditur
in remissionem peccatorum. In Liturgia Æthio-
pum, ejus Author creditur esse D. Mattheus:
Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effunditur, &
pro redemptione multorum. Amen. In Missa Mo-
zarabum: *Hic est calix novum testamentum in meo*
sanguine, qui pro vobis effunditur. Circumfertur
etiam Liturgia D. Petri, edita à Guillelmo Lin-
dano, Episcopo Gandavensi, in qua solum po-
nuntur hæc verba pro forma calicis: *Hic est san-*
guis meus: verum hæc Liturgia non habet au-
thoritatem, sed censetur apocrypha. Licet er-
go forma calicis, juxta varium diversarum Ec-
clesiarum ritum, specie diversa sit, & verbis di-
versis expressa, quia tamen non est determinata
à Christo quantum ad speciem, sed relicta de-
terminationi Ecclesie; sicut Delugo & alii Re-
centiores censent de forma Confirmationis, &
de materia ac forma Ordinis, idèd in diversis
illis Ecclesiis ritè & validè sanguis Christi con-
ficitur, & Romana Ecclesia ritè & prudenter
diversos illos ritus approbat, vel tolerat. Et mi-
rum est quod Author ille contradicere audeat
Suarii dicenti opinionem nostram esse *valde pro-*
babilem, & magnæ autoritatis; cum ille tractans
predictam difficultatem de forma Confirma-
tionis, & de materia ac forma sacramenti Ordinis, *tem. 7.*

nis, solutionem traditam, probabilissimam cen-
seat & ei tandem acquiescat.

Ex dictis confutata manet sententia Petri 48.
Corneio, & Philippi à S. Trinitate: Tum quia
D. Thomas locis suprâ citatis absolute docet,
omnia verba quæ in consecratione calicis pro-
feruntur, esse de substantia, seu de essentia for-
mæ, Tum etiam, quia si particula ista, *eterni*
mysterium fidei, ab essentiali forma calicis exclu-
dendæ sunt, eò quod in aliquibus liturgiis non
habeantur; aliæ pariter excipiendæ erunt, cum
in Liturgia Æthiopum, ejus Author, ut dixi-
mus, creditur D. Mattheus, hæc verba, *novi Te-*
samenti, non reperiuntur, nec in Missa Mozara-
bum, ista: *In remissionem peccatorum.*

ARTICULUS III.

Utrum Christus in Consecratione sui corporis &
sanguinis, aliquibus verbis usus
fuert?

NEgant Innocentius III. lib. 4. de mysteriis 49.
Missæ cap. 17. Mayo in 4. dist. 8. quæst.
unicâ art. 5. Catharinus opusc. de verbis conse-
crationis, & alii, existimantes Christum in conse-
cratione sui corporis & sanguinis usum fuisse
potestatem excellentiæ, & consecrasse sine
ullis verbis, quamvis instruerit verba à Sa-
cerdotibus pro consecratione proferenda. Pro
hac sententia Salmeron tomo 9. Tract. 13. plu-
ra adducit testimonia & argumenta, ut ejus
probabilitatem suadeat, licet tamen in fine ab
ea recedat, cum D. Thoma, & aliis Scholasticis,
cum quibus

Dico breviter, Christus in consecratione sui
corporis & sanguinis aliquibus verbis usus est,
iisdem scilicet quibus à Sacerdotibus hoc sa-
cramentum conficitur.

Probatur primò ex SS. Patribus id passim as-
ferentibus: Tertullianus enim lib. 4. contra Mar-
cionem ante finem, sic ait: *Acceptum panem, & di-*
tributum Discipulis, corpus suum illud fecit. Hoc est
corpus meum, dicendo. Quo quid expressius? Cy-
prianus de cena Domini: *Summus Sacerdos pa-*
nem profert & vinum: Hoc est, inquit, corpus meum.
Ambrosius relatus de consecrat. dist. 2. cap. Pa-
nis: *Cum panem accipiens diceret. Hoc est corpus meum,*
planè monstratur verbum illud operatorium fuisse. Id
est conversivum panis in corpus. Chrysostomus
homil. 60. ad populum Antiochenum, post me-
dium: *Qui namque dixit. Hoc est corpus meum, & ver-*
bo factum confirmavit. Ubi loquitur de consecra-
tione à Christo in cena facta, quam ait verbo
confirmasse. Demum Damascenus lib. 4. fidei
cap. 14. docet quod sicut Deus dicendo *fiat lux,*
fecit lucem, ita & Christus, dicendo *Hoc est cor-*
pus meum, & hic est sanguis meus, hoc sacramentum
perfectit. Quod etiam insinuat Apostolus 1. ad
Corinth. 10. dicens: *Accepti Iesus panem & fregit ac*
dixit. Hoc est corpus meum.

Probatur secundo: Sacerdos consecrat ut
ministrat Christi, & ut vices ipsius gerens, ut
docet Florentinum in decreto unionis: Ergo ut
major esset conformitas & unitas inter Autho-
rem & ministrum, decuit ut Christus eodem
modo, iisdemque verbis consecraret quibus
Sacerdotes hoc sacramentum conficiunt: præ-
sertim cum Eucharistia non solum habeat ra-
tionem sacramenti, sed etiam sacrificii, quod in
Missa tota

tota Ecclesia usque ad finem mundi Deo offerretur.

Hanc conformitatem Sacerdotis consecrantis cum Christo, eleganter expressit Chrysostomus serm. de produtione Judæ apud S. Thomam in catena aurea in cap. 14. Marci, in verba illa, Et manducantibus illis. Sic enim ait: Et nunc etiam ille præsens est Christus, qui illam ornavit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est qui proposita corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia hoc verbo quod dicit, Hoc est corpus meum, proposita consecrantur. Et sicut illa vox que dixit: crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem, operante natura: ita & vox ista semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesie, usque in hodiernum diem, & usque ad ejus adventum, præstat sacrificio firmitatem.

52. Obijcies primò: Christus in instituendis sacramentis utebatur potestate excellentiæ quæ non erat addita verbis, uti potestas ministerialis, quam Ecclesia communicavit: Ergo alio ritu & cæremoniâ hoc sacramentum conficit, nec usus est verbis in consecratione sui corporis, sicut nos utimur. Unde quando Eucharistiam sumendam dedit duobus Discipulis in Emmaüs, illam solâ benedictione confecit, ut colligitur ex illo Lucæ ultimo: Accipit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

53. Respondeo Christum, etiam in hoc sacramento instituendo usum fuisse potestate excellentiæ, quæ non in eo, ut Adversarii contendunt, consistit, ut debuerit absque verbis hoc sacramentum conficere; sed cum potuerit alio ritu, aliâque cæremoniâ, tamen voluit verbis illud conficere; non quod verbis astrictus fuerit, sicut nos, sed quia ita voluit, ut major esset conformitas & unitas inter Authorem & ministrum, ut supra diximus. Ad illud quod subditur, multi non improbabiler negant Christum tunc consecrasse. Sed quidquid sit de hoc, ex tali facto non potest deduci ullum argumentum contra nostram conclusionem, quia vel dici potest, etiam tunc Christum verbis consecrasse, quæ tamen brevitatis causâ ab Evangelistis omittuntur; vel certe voluisse tunc solâ benedictione, & in una specie consecrare, ut ostenderet suam auctoritatem quam habebat, variis modis hoc & cætera sacramenta conficiendi.

54. Obijcies secundò: Antequam Christus hæc verba, Hoc est corpus meum, proferret, jam consecraverat corpus suum: Ergo in consecratione sui corporis non adhibuit verba quibus nos utimur. Consequentia patet, Antecedens probatur ex contextu Evangelii, ubi sic dicitur: Accipit Iesus panem, benedixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens, accipite & manducate, Hoc est corpus meum. Ex hac enim narratione constat, Christum prius benedixisse panem, quàm protulerit verba illa, Hoc est corpus meum: Sed nomine benedictionis intelligi debet ipsa consecratio: Ergo Christus prius consecravit, quàm hæc verba, Hoc est corpus meum, proferret.

55. Propter hoc argumentum Cajetanus, Soto, Suarez, Vazquez, & alii, docent benedictionem panis & vini factam à Christo in nocte cænæ, fuisse actionem distinctam à consecratione utriusque speciei. Idque innuere videtur Tridentinum sessione 13, cap. 1. his verbis: Cum post panem

A vinique benedictionem, se suum corpus illis dedit, ac suum sanguinem; discretis ac perspicuis verbis usus est.

Nihilominus quod Christi benedictio fuerit ipsa consecratio, asseritur à D. Thoma ad 1. ad Corinth. & à S. Remigio in cap. 10. Epistolæ ad Corinth. & à S. Brunone in cap. 11. Epistolæ ad Corinth. Eandem tenent sententiam Innocentius III. lib. 4. de myst. Missæ cap. 6. Hugo Cardinalis super cap. 14. Marci, Lyranus ad Corinth. 11. Cardinalis Bessanon libro de veris consecrationis, & ex Scholasticis Alesius, Durandus, Valentia, Henriquez, Becanus, & alii quibus apertè favet Catechismus Pii V. libro 2. de forma Eucharistiæ, folio 212.

B Potest probari hæc sententia ex illo Pauli ad Corinth. 10. Calix benedictionis cui benedicimus, nomen communicatio sanguinis Christi est: Ubi Apostolus consecrationem calicis, benedictionem appellat, exponit S. Thomas ibidem l. 4. c. 4. dicens: Calix benedicimus, id est quem nos sacerdotes consecramus, eodem modo loquuntur SS. Patres: Chrysostomus enim homil. 25. sic ait: Cum benedicimus calicem, Eucharistiam dico Ambrosius de deus qui instituit cap. 9. Hic est panis quem benedictio consecrat. Major est vis benedictionis quam natura, quæ benedictione etiam natura ipsa mutatur. Cyprianus de cænâ Domini: Calix benedictione solemniter factus, ad totius hominis vitam, & salutem proficit. Demetrius S. Cyrillus lib. 4. in Joan. cap. 17. & lib. 10. cap. 13. consecrationem vocat benedictionem mysticam. Ergo juxta SS. Patres, benedictio panis & vini facta à Christo in nocte cænæ, fuit ipsa consecratio.

Ratio etiam id suadet, nam benedictio non solet verbis: nulla autem possunt assignari verba quibus Christus panem benedixit, nisi quæ referuntur ab Evangelistis, unde cum sint verba consecratoria, dicendum est, Christum benedixisse verbis consecratoriis, æque adeo benedictionem & consecrationem fuisse eandem actionem.

Ad locum verò Tridentini supra adductum, respondet Joannes à S. Thoma in Tractatu de approbatione doctrinæ D. Thomæ, qui habetur initio tomi primi in primam partem in præfatione in præfata constructione grammaticali, duplicem sensum possunt facere illa verba. Primus, si quis post benedictionem, referatur & consecratur cum corpore suo. Et tunc sensus est: prius dedit benedictionem, & post illam testatus est, se dare corpus suum. Et in hoc sensu procedit obiectio. Secundus, quod si post benedictionem, referatur, & consecratur cum corpore suo. Et tunc sensus est: quod Christus testatus est illis se dare corpus suum, id est quod post benedictionem seu consecrationem est corpus suum. Et hoc sensu benedictio est consecratio & hunc sensum accipimus, quem etiam legitimus est. Si quis autem diceret: post Baptismum regeneratus homo accipit cælestem, & fidem, sensus enim est quod regeneratus post Baptismum, seu per ipsum Baptismum, & non ante, accipit fidem, &c. Sic testatus est Christus se dare corpus post benedictionem; id est quod corpus suum est post benedictionem, & non ante. Hæc prædicta author loco citato.

Ad objectionem ergo cujus occasione hæc adducta sunt, in forma respondeo, negando antecedens, & ad ejus probationem dicendum cum S. Thoma hic art. 1. ad 1. quod cum Evangelistæ dicunt, quod Iesus accepit panem, benedixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens, accipite

manducate, hoc est corpus meum, non est sic intelligendum, ut eo ordine hæc facta fuerint quo referuntur, quia Evangelistæ res gestas sæpe narrant ordine præpostero: sed sensus est, dum benediceret, frangeret, & daret Discipulis suis, dixisse, hoc est corpus meum. Hoc participium dicens (inquit S. Doctor) concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt. Non autem oportet quod hæc concomitantia intelligatur solum respectu ultimi verbi prolatis, quasi Christus tunc ista verba protulerit, quando dedit Discipulis suis: sed potest intelligi concomitantia respectu totius præcedentis, ut sit sensus, dum benediceret, frangeret, & daret Discipulis suis, hæc verba dixit: Accipite, &c.

ARTICULUS IV.

Utrum verba consecrationis formaliter & significativè, seu assertivè, à Sacerdote proferantur, vel solum historicè & recitativè?

S. I.

Explicatur titulus, & difficultas propositæ, unica conclusionè resolvitur.

PRO tituli explicatione sciendum est, illud pronuntiarum seu dici historicè, sive quod idem est recitativè aut materialiter, quod tantum refertur tanquam ab alio dictum, ita ut illud ipsum non assertatur, vel negetur, sed tantum illud ab alio fuisse dictum euntietur: ut cum dicimus, *Aristoteles dixit mundum esse æternum*. Formaliter verò & significativè seu assertivè aliquid dicimus, quando per verba quæ pronuntiamus, aliquid affirmare vel negare intendimus, ut cum dicimus, *Deus est trinus in personis, Deus est incarnatus, &c.* Hinc emergit quæstio, & controversia inter Theologos, quoniam ex his modis verba consecrationis à Sacerdote proferantur? Nam Innocentius III. lib. 4. de Euchar. cap. 17. Durandus in 4. dist. 8. quæst. 2. Major quæst. unica ad 2. Picus Mirandulanus in apologia suarum assertionum quæst. 10. Ambrosius Catharinus opuscul. de verbis consecrationis, & Alphonsus Salmeron tomo 9. in Evang. Tract. 13. docent ea recitativè tantum & historicè proferri. E contra Marcellus, Gabriel, & alii, quos ex Recentioribus sequuntur Vazquez, & Amicus, existimant ea assertivè tantum, seu formaliter & significativè proferri. Pro resolutione difficultatis, & veræ sententiæ explicatione.

Dico breviter, ea recitativè simul & assertivè proferri. Ita communiter docent Theologi cum D. Thoma hicart. 5. & super caput 26. Matthæi, versu 2. ubi sic ait: *Dicendum quod recitativè dicuntur, & simul recitativè & significativè*. Et quidem quod historicè & recitativè dicantur, patet ex contextu Canonis, ubi sic dicitur: *Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas & venerabiles manus suas, & elevatis oculis in cælum, ad te Deum suum patrem omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, & fregit, deditque Discipulis suis, dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum*. Ubi particula dicens, manifestè significat, Christum verba illa sacramentalia dixisse, eademque referri tanquam à Christo dicta. Id etiam aperte colligitur ex illa particula Enim, quam Ecclesia adjecit: nisi enim verba formæ recitativè proferantur, incongruè & inutiliter addita fuisset particula illa conjun-

Activa, nam hæc additur ad connectenda verba formæ cum præcedentibus, quæ tantum recitativè proferuntur; & eatenus connectuntur, quatenus referuntur eodem modo à persona Christi dicta.

Quod autem sensu quoque formali seu assertivo & significativo enuntientur, probatur primò quia ex Florentino in decreto unionis, Ambrosio lib. 4. de sacrament. cap. 4. aliisque SS. Patribus, Sacerdos consecrans, loquitur in persona Christi: Sed in persona Christi non loqueretur, si tantum historicè referret Christum ea verba dixisse; qui enim tantum recitat verba aëterius, non loquitur in persona illius, sed in propria, cum ejus personam non induat, ut illam in se exprimat & repræsentet: Ergo Sacerdos non refert merè historicè verba consecrationis, sed assertivè quoque & significativè ea pronuntiat.

Dices, eà solum ratione Sacerdotem consecrantem dici loqui in persona Christi, quia hoc sacramentum conficit per virtutem sibi à Christo communicatam, non verò ex eo quod personam illius gerat & repræsentet.

Sed contra: Sacerdos peculiari nomine ac titulo in hoc sacramento in persona Christi loquitur, quo non loquitur dum alia sacramenta ministrat, cum Concilium de alio sacramento non dixerit, quod illud Sacerdos in persona Christi loquens conficiat: Sed reliqua sacramenta conficit in virtute & potestate à Christo sibi communicata: Ergo non eà solum ratione Sacerdos consecrans dicitur loqui in persona Christi, quia agit per virtutem sibi à Christo communicatam.

Probatur secundò: Si Sacerdos verba consecrationis historicè tantum & recitativè proferret, ea non proferret supra præsentem materiam, sed supra aliam quam in ultima cœna Christus consecravit; nam significarent tantum conversionem materiæ quam Christus tunc accepit in manus, & præsentiam corporis & sanguinis sub ejusdem materiæ speciebus: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud.

Respondent Adversarii, hæc verba à Christo in cœna fuisse etiam virtute enuntiata supra omnem materiam, quæ à futuris Sacerdotibus consecrabilis erat: sicut dicunt Patres, Christum per contactum aquæ Jordanis quæ fuit à Joanne baptizatus, consecrasset omnes aquas quibus baptizandi erant reliqui.

Sed hoc temerè & sine fundamento assertitur, cum nec sancti Patres illud insinuant, nec ex verbis Scripturæ colligatur, nec exemplum illud hoc suadeat; nam Christum per contactum aquæ Jordanis, consecrasset omnes aquas, non est aliud quam ipsum per institutionem Baptismi in materia aquæ, effecisse ut omnes aquæ essent idonea materia ad hoc sacramentum. Similiter ergo, vi consecrationis primi panis & calicis fuisse reliquos virtute consecratos, non est aliud quam vi primæ illius institutionis, quæ fuit hoc sacramentum in pane & vino usuali institutum, omnem potestatem panem ex tritico, & vinum de vite, fuisse factam idoneam materiam ad hoc conficiendum.

Tertio suaderi potest eadem pars ex alio inconvenienti quod sequitur ex adversa sententia. Si enim verba consecrationis non haberent vim consecrandi, nisi recitativè prolata, sequeretur Sacerdotem non consecraturum, qui sic diceret, & nihil amplius, *Hoc est corpus meum*; tunc enim

enim historicè non referret Christum ea dixisse: A
Sed hoc erroneum est, & contra communem
Theologorum sententiam, ut patet ex dictis art.
1. Ergo &c.

§. II.

Solvuntur objectiones.

66. **O**bjicies primò: Eodem modo Sacerdos pronuntiat verba consecrationis, quo præcedentia, ut constat ex participio, *dicens*, quod non minùs refert Christum dicentem verba formæ, quàm verba illam præcedentia: Sed verba præcedentia formam panis, ut sunt illa, *Accipite & manducate ex hoc omnes*, recitativè tantùm proferruntur à Sacerdote, cum illa tantùm referantur ut à Christo dicta suis Discipulis in ultima cæna: Ergo & verba consecrationis.

67. Confirmatur: Si Sacerdos verba formæ non purè recitativè, sicut & præcedentia, referret, sed ea etiam formaliter & significativè proferret, vel hoc faceret in propria persona, vel in persona Christi? Neutrum dici potest: Ergo &c. Minor quoad primam partem patet. Si enim Sacerdos in propria persona verba formæ proferret, illa essent falsa, quia per ly *corpus meum*, intelligeretur corpus ipsius Sacerdotis consecrantis. Probatur verò quantum ad secundam: si enim in persona Christi verba formæ proferat, propositio erit falsa, quantum ad ista verba: *Qui pro vobis & pro multis effundetur*, cum non sit amplius gloriosus Christi sanguis effundendus.

68. Ad objectionem respondeo, negando Majorem. Sacerdos enim consecrans, verba præcedentia formam pronuntiat solum recitativè, referendo quæ Christus in ultima cæna protulit; verba autem formæ, non historicè tantùm & recitativè profert, sed etiam assertivè, & enuntiativè, per ea in persona Christi asserendo, quæ ipsa suprà præsentem materiam practicè significant. Ad probationem verò in contrarium, dicendum est, participium illud *dicens*, significare quidem Christum verba sacramentalia dixisse, eademque referri à Sacerdote tanquam à Christo dicta, ut suprà annotavimus; non denotare tamen, Sacerdotem ea solum historicè & recitativè proferre, cum non repugnet Sacerdotem in persona propria, verba illa recitativè proferre, & in persona Christi quam repræsentat, ea assertivè & enuntiativè dicere.

69. Ad confirmationem dicatur, Sacerdotem verba formæ proferre in persona Christi: ad id verò quod in contrarium adducitur, patet responsio ex dictis art. 2. §. 3. in solutione quartæ objectionis; ibi enim ostendimus, Sacerdotem verè & enuntiativè dicere, *Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur*, quia hæc verba proferruntur ab illo ut constituto præsentem, per implicitam & generalem intentionem, temporali quo Christus hæc verba primum protulit.

70. Objicies secundò: Hi duo modi proferendi, scilicet significativè & recitativè, sunt inter se oppositi & impossibiles; nam qui recitat & refert verba alterius, non habet intentionem idem significandi; propterea qui refert hæresim aut mendacium alterius, non ideò mentitur aut est hæreticus: Ergo Sacerdos consecrans non potest verba formæ significativè & recitativè simul proferre.

71. Respondeo negando Antecedens quâvis enim hi duo modi proferendi nō semper sint simul, ut patet ex instantiis adductis de hæresi & mendac-

cio, non sunt tamen inter se oppositi & impossibiles, non enim repugnat quod eadem persona & nomine proprio eandem locutionem recitet ut ab alio prolatam, & simul enuntiativè & significativè eam proferat nomine alterius, sicut cum Sacerdos in Missa eandem orationem dominicam simul recitat ut à Christo dictam, & enuntiat, per eam petendo quæ in ea petere docemur. Similiter ergo idem Sacerdos loquens materiam consecrationis sacramentali verba pronuntians, potest illa velut à Christo dicta recitare, & simul Christum imitari, ejusque petitionam induendo, asserere super materiam propositam, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*.

§. III.

Corollarium notatu dignum.

EX dictis intelliges, propositiones illas, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, ut à Sacerdote prolata, esse verissimas; cum enim Sacerdos celebrans loquatur in persona Christi, verè potest dicere, *Hoc est corpus meum*, quamvis sub speciebus panis non ponat nisi corpus Christi, sed Angelus personam Dei repræsentans, verè dicebat, *Ego sum qui sum*.

Dices, Illa propositio est falsa in qua prædicatum attribuitur subiecto cui non convenit: Sed prædicatum hujus propositionis, *corpus meum*, attribuitur subiecto cui non convenit: Ergo est falsa. Minor probatur. Subiectum hujus propositionis est substantia panis: Sed substantia panis esse corpus Christi, non demonstrativum hoc, demonstrat substantiam quæ tunc erat sub speciebus panis, quando proferebatur.

Respondeo negando Minorem, ad cuius probationem, nego Majorem, & ejus probationem, nam licet pronomen *hoc* significet substantiam aliquam singularem sub accidentibus concretam, non tamen illam significat determinatam, sed solum vagè, ut patet in communi modo loquendi: Petrus enim, ambulans per hortum Joannis, & advertens aliquam herbam, verè dicit, *hæc herba nascitur in horto meo*: ubi pronomen *hæc* non supponit pro illa singulari determinata herba quam demonstrat, sed pro singulari vaga, pro alia ejusdem speciei.

Dices rursus: Si propositio illa esset vera, vel objectum illius prius esset quàm veritas ejusdem, vel posterius? Non primum, quia propositio illa in quantum vera efficit suum objectum, ponit enim corpus Christi sub speciebus: Ergo objectum non potest esse prius, cum omnis effectus sit posterior suæ causæ. Non etiam secundum, quia ex eo quod res est vel non est, propositio dicitur vera vel falsa, ut ait Aristoteles. Perihermenias: Ergo prius est objectum propositionis esse, quàm verificari propositionem quæ illud enuntiat.

Respondeo eligendo secundam partem dilemmatis, & ad probationem in contrarium, allumendo Antecedens: Ex eo quod res est propositio speculativa dicitur vera, concedo. Prædicta nego. Sicut ergo quia cognitio divina habet causam veritatem in rebus, prius est quod Deus cognoscat rem esse, quàm sit ipsa res, ut in Teologo statu de scientia Dei fuisse ostendimus: Ita pariter, quia hæc propositio, *Hoc est corpus meum*, ut à Sacerdote consecrante profertur, præ-

ca est, prius natura est quod corpus Christi sub speciebus panis ponatur, quam quod illi verificetur.

Instabis: Propositio practica affirmat aliquid esse in re: Ergo supponit rem ita esse.

Respondetur distinguendo Antecedens: affirmat aliquid esse in re, quod tunc fiat, concedo. Quod præsupponatur, nego.

Quærent hic aliqui, an verba consecrationis physice instrumentaliter producant sub speciebus Eucharisticis substantiam corporis Christi, subindeque ab eis physice substantiam panis & vini expellant? Sed resolutio hujus difficultatis pendet ex dictis in Tractatu de Sacramentis in communi, de causalitate sacramentorum novæ legis; nam eodem modo asserunt SS. Patres verba consecrationis efficere corpus & sanguinem Christi, quo alia sacramenta causant gratiam: unde sicut ibi ostensum est, quod ut dicta Scriptura, Conciliorum, & SS. Patrum, in sensu proprio salventur & verificentur, dicendum est, sacramenta novæ legis physice instrumentaliter causare gratiam, idem asserendum est de verbis consecrationis respectu productionis corporis & sanguinis Christi sub speciebus Eucharisticis, & expulsionis substantiæ panis & vini ab illis. Quare S. Thomas hic art. 4. docet verbis illis inesse virtutem creatam ad perficiendam istam conversionem. Et in resp. ad 2. negat dari instrumentum creationis, quod tamen concedit pro ista conversione. Ubi manifestum est ipsum loqui de instrumento physico, non verò de purè morali. Tum quia non est necesse ponere virtutem aliquam creatam instrumento morali, cum instrumentum morale non influat per virtutem physicam in effectum, sed agens principale se solo ad positionem illius rei operetur. Tum etiam, quia nulla est repugnantia quod detur instrumentum morale creationis, quia non repugnat quod ad intercessionem alicujus Sancti, vel ad prolationem aliquorum verborum, Deus se solo creet Angelum vel animam; sicut multoties propter preces alicujus Sancti datur alicui filius, & creatur anima illius.

Argumenta verò quæ contra hanc D. Thomæ sententiam militant, loco citato, solide & perspicue soluta sunt. Deo solum restant breviter hic expedienda. Primum est, quod si verba consecrationis physice instrumentaliter concurrant ad productionem corporis Christi sub speciebus, etiam ipsa Christi humanitas habebit eandem causalitatem, cum illa sit instrumentum conjunctum Verbi divini, ad producendos eosdem effectus quos per sacramenta ut per instrumenta separata operatur: Sed videtur impossibile quod humanitas Christi instrumentaliter physice ad hunc effectum concurrat, alioquin ipsa Christi humanitas seipsam produceret: Ergo pariter repugnare videtur, quod verba consecrationis physice instrumentaliter concurrant ad productionem corporis Christi sub speciebus Eucharisticis.

Verum huic difficultati facile respondetur, negando Minorem, licet enim humanitas Christi non possit esse instrumentum ad productionem sui absolute & simpliciter, bene tamen ad productionem, ut ex pane, & in sacramento; quia nulla est repugnantia quod humanitas Christi supponatur existens absolute, & supponatur non existens tali modo, subindeque ut existens absolute & in propria specie, instrumentaliter concurrat ad sui productionem sub tali modo.

Tom. V.

Secundò obijci potest, quod conversio panis in corpus Christi non minus excellens & miraculosa videtur, quam creatio: Ergo cum juxta D. Thomam i. p. quaest. 45. art. 5. repugnet creaturam esse instrumentum physicum creationis, videtur etiam impossibile, quod verba consecrationis physice instrumentaliter ad productionem corporis Christi sub speciebus Eucharisticis concurrant.

Respondetur dato Antecedente, negando consequentiam & paritatem; licet enim concedatur quod conversio ista sit actio excellentior quam creatio, non tamen est ita difficilis respectu creaturæ; quia actio creaturæ debet recipi in aliquo subiecto quod præsupponatur, ut illa operetur; quod subiectum non præsupponitur in creatione bene tamen in transubstantiatione; unde quavis repugnet dari instrumentum physicum creationis, non tamen transubstantiationis.

DISPUTATIO VIII.

De Effectibus Sacramenti Eucharistie.

Ad questionem 79. D. Thomæ.

QUæ ad hujus mirabilis sacramenti effectus attinent, tot difficultatum scholasticarum nodis implexa non sunt, quam quæ hucusque pertractavimus, unde & brevius & facilius ab illis nos expediemus.

ARTICULUS PRIMUS.

Qui sint præcipui hujus Sacramenti effectus?

Dico primò, proprium & principale hujus Sacramenti effectum, esse gratiam, per modum nutritionis & augmenti in vita spirituali. Ita colligitur ex Florentino in decreto Eugenii, ubi hoc Sacramentum habere dicitur omnem effectum quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, reparando, augendo &c. Et ex Tridentino sess. 13. cap. 2. ubi sic habetur: Sumi autem voluit (Salvator noster) Sacramentum hoc tanquam spirituale animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes viri illius qui dixit: Qui manducat me, & ipse vivet propter me. Quibus verbis rationem fundamentalem nostræ conclusionis insinuat. Hoc enim Sacramentum per modum cibi & potus institutum est, juxta illud Joan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: Ergo sicut cibus materialis corpus nutrit & auget, & roborat, & ut loquitur Ambrosius lib. 5. de Sacram. cap. 4. Anima nostra substantiam sumpsit; quod aliter præstare nequit, quam tribuendo gratiam per modum nutritionis & augmenti in vita spirituali. In quo à cæteris Sacramentis differt: alia enim Sacramenta ad alios effectus & fines peculiares gratiam conferunt, Baptismus ad regenerationem, Confirmatio ad fidem fortiter & constanter propugnandam, Pœnitentia ad resurgendum à peccatis, Extrema-Unctio ad levamen aegritudinis, & felicem

Na cem